DIÖZESE
INNSBRUCK

Digitales Archiv

Altarprivilegien

Pfarrarchiv Jenbach

02.03.1728

Digitales Archiv

Shelf Mark: 6.7404.A21

CC-BY-NC-ND-Lizenz (4.0)
Creative Commons Namensnennung - Nicht kommerziell - Keine Bearbeitung 4.0 International Lizenz

urn:nbn:at:at-dai-51412

Visual Library

BENEDICTUS · PP · XIII ·

AD FUTURAM REI MEMORIAM · Omnium saluti paterna charitate intenti, sacra interdum loca spiritualibus indulgentiarum muneribus decoramus, ut inde fidelium defunctorum animae Domini nostri Jesu Christi, eiusque Sanctorum suffragia meritorum consequi, et illis adiutae ex Purgatorii poenis ad aeternam salutem per Dei misericordiam perduci valeant. Volentes igitur Ecclesiam Parochialem loci Sempach Brixinen. Dioec., in qua aliud Altare privilegiatum non reperitur concessum, et in ea situm Altare per Ordinarium loci semel tantum designandum hoc speciali dono illustrare, auct. nobis a Domino tradita, ac de omnipotentis Dei misericordia, et Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum eius auct. confisi, ut quandocumque Sacerdos aliquis Saecularis, vel cuiusvis Ordinis Regularis missam defunctorum in die Commem. defunctorum, et singulis diebus infra illius octavam, ac in duabus feriis cuiuslibet hebdomadae per eundem Ordinarium specificandis pro anima cuiuscumque Christi fidelis, quae Deo in charitate coniuncta ab hac luce migraverit, ad praedictum Altare celebrabit, anima ipsa de thesauro Ecclesiae per modum suffragii indulgentiam consequatur, ita ut eiusdem Domini nostri Jesu Christi, ac Beatissimae Virginis Mariae, Sanctorumque omnium meritis sibi suffragantibus a Purgatorii poenis liberetur, concedimus, et indulgemus. In contrarium facien. non obstan. quibuscumque. Praesentibus ad septennium tantum valituris. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die [illegible] Martii MDCCXXVIII Pontificatus Nostri Anno Quarto

Gratis pro Deo et Scriptura

F. Card. Oliverius

Publicetur Breve iuxta suum tenorem designando Altare maius pro feria quarta, et altare S. [illegible] pro feria sexta cuiuslibet hebdomadae. Ex [illegible] consist. Brixinae die 15. Julii 1728.

Joannes Philippus
Caroli Comes Spaur [illegible]
[illegible] Consistorii [illegible]
[illegible] Vicarius Generalis [illegible]

[illegible] [illegible] pro [illegible]